m̄o in omnibus anti. negamus conſeqm quia unita ſimul. Conſ  
circūſcribitur p̄e unum locum, mat actuatur p̄e unam formam, et  
nat terminatur p̄e unam ubiut adquate interne, et externe,  
pari autem a adquate interne unita b non autem externe.

Horum rationu, et fundam ad hunc locum non ex p̄ctant, neſi-  
ciat pro nunc et communi Philoſophorum mente reddere rationem ſolu-  
tionis naq̄, docent enim communiter Philoſophi contra Durandum im-  
pedimentum totale ad penetrationem duarum partium eue contactum  
quantitatum eorum, ratione cuius una pari ſcutit introductioni al-  
terius in proprio loco. unde ablato miraculoſe a quantitate contactu quar-  
titatis

Non parum non tenet introductioni alterius, nec expellit eam a proprio loco: cum ergo parum a separata a quantitate non habeat quantitativum contactum, potest quantum et eo se adquare unum cum pluribus partibus.

## Disputatio 6<sup>a</sup> de Qualitate. Quæstio Unica quod, et quodplex sit Qualitas. Nominis qualitatis non inte-

ligimus de se metaphysicis, quæ prædicantur in quale quod, nec essentialiter proprium, et accidenti, quæ etiam prædicantur in quale, et necesse est contingenter. intelligimus ergo nomina qualitatis quandam formam accidentalem aut a quantitate, et ab alijs accidentibus, quæ modificant, et qualificantes subiectum, reddunt illud album, et nigrum, frigidum, et calidum, sic et aliter se habent. In quo sensu sic a Philosopho definitur: qualitas est qua quale est dicitur: ubi videtur abstractum explicari per concretum, quod quodammodo magis notum nobis est. sic sapientia clarius præcipitur quam sapientia. Hanc definitionem recipiunt plures receptiones ut obiectivam, et negatoriam: sed considerandum est cum D. Thoma quod genera suprema non possunt ita exacte defini, præcipue vero qualitas, quæ tantam varietatem non naturalium, et supernaturalium, materialium, et immaterialium nobis se continet. unde Philosophus quæserit aliquid commune omnibus qualitativis, id idem invenit quod omnium qualitas, aspicit subitam per modum qualificativum, nec mixtionem et rem univocalissimam ita definitur. omnes enim definiuntur esse per esse, et tamen esse non videtur notius ante. ingenue tamen fatetur insignantem definitionem non obviare omnes regulas, ut bona sit, illam tamen amplexi æstimus, quia plures alijs apud recentiores inveniuntur, et alijs utitur et barant. Dicitur Philosophus qualitatem in quatuor speciebus. 1<sup>a</sup> est habitus, et dispositio. 2<sup>a</sup> potest, et in potest. 3<sup>a</sup> passio et passibilis qualitas. 4<sup>a</sup> forma, et figura. de quibus omnibus eundem est agendum. habitus in presenti non significat rem habitam, nec indumentum. nec dispositionem, quæ ut hoc, et illo modo se habent. est ergo habitus qualitas difficile movibili a subiecto. per quam subiectum bene, et male se habet. Dispositio solet nunquam pro quacunque forma disponente subiectum ad formam substantialem, et pro dispositione partium et intoto, et in loco. in præterito vero est qualitas facile movibili a subiecto, illud determinam, ut bene, et male se habeat. Observandum tamen est cum D. Thoma quod qualitas est natura sua difficile movibili, ac proinde de linea habitus, per accidens, et ea defectu subiecti facile solet amoveri, et de contra qualitas ad dispositionem expectari, et facile movibili, solet esse difficile movibili propter subiecti tenacitatem. quid enim firmius fide, quæ verbo Dei nititur. quid fortius charitate! et tamen ob humanam inconstantiam crebri flatu dantur. similiter etiam veritate immutabili fundatur, et a fictionibus facillime in dubium vocatur. e contra vero veritas, quæ debilitatima est, ita in homine robusto firmatur, ut nullis laboribus expugnetur.

februm etiam ita profunde in homine, ut et radicans, ut dicitur me-  
 dicamentum, madruu torpore, sed precipue infirmu, solum cum morte  
 eradicitur. **Triplex** obiectiva quod habitu, et dispositio dividuntur in  
 entitativa, et operativa. cum habitu determinat ubi ad bene, et  
 male se habendum in seipso, et secundum esse proprium, dicitur habitus  
 entitativus. si vero determinat ipsam in sui facultatibus operati-  
 vum ad bene, et male se habendum circa operari, dicitur operativus. sic  
 Virtus, et Vitium in Voluntate, sci, et error in intellectu disponunt  
 ad bene, et male operari, dicuntur qd habitu operativum. at uere sanitas  
 et coactio, pulchritudo, et deformitas, gratia, et peccatum in anima  
 sunt habitus entitativi, quia precipue disponunt ad bene, et male esse.

Pot non sumitur in p<sup>ri</sup>mo pro pura pot<sup>a</sup> obiectiva, sive pro non  
 Regula ad eundem, et agendum. sumitur ergo pro pot<sup>a</sup> naturali, et phre-  
 sic, que sua est in facultate, et capacitate propria agendi, et recipiendi.  
 unde sic definitur: qualitas per se ordinata ad actionem, et passionem, sic  
 intellectus proprie ordinatur ad intellectionem, et caraciter ad suscipien-  
 dos obiecta: nota tamen quod pot<sup>a</sup> difert ab habitu, quia pot<sup>a</sup> proprie  
 et simpliciter dat pot<sup>a</sup>. habitus uero non dat simpliciter pot<sup>a</sup>, sed illud  
 praeponit, determinat qd pot<sup>a</sup> ad bene, et male se habendum: sic sci prae-  
 ponit intellectum. impot<sup>a</sup> non sumitur pro care potentia, sed pro pot<sup>a</sup>  
 nimis debili, que partim potest operari. sic lebetudo mentis impot<sup>a</sup> di-  
 citur, non quia intellectum auferat, sed quia illum operationi retardat.  
 unde pot<sup>a</sup>, et impot<sup>a</sup> tantum accidentaliter, et per se magis, et minus dife-  
 runt.

Passio alig<sup>do</sup> sumitur pro proprietate, alig<sup>do</sup> pro Receptione forma  
 multoties pro laboribus, et cruciatibus. nonnunquam etiam pro appetitu  
 quo sem amamus. unde tunc dicitur apassionati. in p<sup>ri</sup>mo autem u-  
 mitur pro forma accidentali per alterationem producta: in quo sensu  
 sic definitur: est qualitas sensibilis ab alteratione causata: ut calor pro-  
 ceden<sup>do</sup> ex Verescencia. calor ex metu, si autem hae qualitas ortus ex  
 Verescencia alteratione, et cito transiente dicitur passio, si autem or-  
 tum ducit ex permanenti causa ut calor ortus ex temperamento  
 dicitur passibilis qualitas. unde habemus passionem, et passibilem qualitates  
 accidentaliter solum distingui. non enim difert specie calor, sive ex me-  
 tu, sive ex temperamento.

Forma non sumitur hic pro actu informante  
 subiectum: sic enim anima est forma, et etiam quodlibet accipere, forma  
 ergo sic definitur: est qualitas resultantis ex diuersa dispositione partium  
 quantitatum. unde per quantitatem bene, et male disposita vidunt subiectum  
 bene, et male formatum. per enim indifferenter ubi, ut formatur, et fion-  
 rentur rotunde, quadrate, triangulante, et ideo qualitas illa, qua  
 tali, et tali modo disponuntur, et terminantur per quantitatem dicitur  
 forma, et figura. proxime qd in p<sup>ri</sup>mo forma, et figura pro eodem recipitur

Sui proprietate qualitate arguunt Philosophi. sicut et proprie habere  
 contrarium, nam qualitate ad invicem pugnant, ut Sanitas, et morbus  
 humiditas, et iccitas. haec tamen proprietate et si ubi qualitate proprie conue-  
 niat.

non tamen omni; ut patet in luce. 2<sup>a</sup> et recipere magis, et minus.  
sic calor est maior, et minor, non tamen omnes qualitates sunt huius capa-  
ci nam potus naturalis non intenditur. 3<sup>a</sup> denique ut ferre et similitu-  
dinem, et similitudinem, quae proprietates secundum aliquos auctores pro-  
prie, et stricte solum continent qualitates, et alij. 4<sup>o</sup> solum secundum aliquam  
analogiam. Secundum alios uero hae proprietates, eque adaptatae omni-  
bus predicamentis, et hae sufficiant pro aliquali, non qualitate. hae enim  
communiter docentur. alia enim difficultiora in omnibus fere materijs du-  
putari solent.

De qua 3<sup>a</sup> de Iudicam ad aliquid, siue R-  
latione. Iudicio 1<sup>a</sup> Explicatur quod ut Ratio, et assignan-  
tur fundam<sup>ta</sup>, et Conditiones illius.

Relatio est ordo, respectus,  
habitus, et tend<sup>o</sup> unius ad aliud. unde Philosophus sic Relationem defini-  
uit: quorum totum unum esse est ad aliud quodammodo se habere, u-  
ne ut communiter explicatur: Relatio uero quorum totum unum esse  
est ad aliud se habere. diuiditur in Relationem in eadem, et Relationem in  
alio. inter extrema Relationem dicitur. 2<sup>a</sup> uero inter extrema ibidem per Ra-  
tionem dicitur. Relatio in eadem diuiditur in Relationem secundum esse  
et in Relationem secundum dici. 1<sup>a</sup> est cuius esse in se et formaliter  
Respectus, ut Paternitas, et filius. esse 2<sup>a</sup> est formaliter abiectum  
Explicari tamen non potest nisi in ordine ad aliud: ne scilicet et qualitas  
absoluta. sed quae explicari non potest nisi in ordine ad obiectum scilicet.

De uero assignata parum differat, a diuisione Relationis in predi-  
camentalem, et transcendentalem. Relatio predicamentalis est illa, quae  
proprie hoc predicamentum constituit, nec ad aliud se extendit. transcendentia-  
li uero per omnia predicamenta uagatur, et in omnibus solum abiectionis  
cuiuslibet predicamenti Respicitur. sic Omnis scilicet, habitus, et potest dicitur  
ordinem ad proprium actum, et obiectum, causa ad effectum, effectus ad  
causam. materia ad formam, Uero ad colorem, motus ad terminum, et  
sic de alijs. hae certae sunt, certum est etiam per 2<sup>a</sup> hoc predicamentum  
constitui. dixerunt tamen, quod uariatur inter Relationem predica-  
mentalem, et transcendentalem, nec est ita certum, et exploratum, nec  
ita facile potest assignari. Ut autem hoc aliquomodo fiat, communior  
et prouabilior doctrinam breuissima solum proponam. Sciendum ergo est  
quod Relatio predicamentalis esse, et Relationem sui exigit terminum con-  
sistentem, inuicem est sciendum quod Relatio predicamentalis quae habet  
Respicere terminum, (ut dicitur in Vi. p. de terminis) id est nullum ali-  
ud minus exerceat, nihil quae aliud facit nisi terminum Respicere. unde  
sic in abstracto communiter definitur: Relatio predicamentalis est illa,  
cuius totum nomen esse est ad aliud se habere. Relatio cuius totum nomen  
esse est in ordine ad aliud. sed si notum patet dixerunt Relationem predi-  
camentalem a transcendentali, hae enim nec proprie exigit terminum  
consistentem, et aliunde aliud minus exerceat, ut in omnibus exemplis  
aductis liquet.

Cuius inferior Relationem secundum dici esse proprie transcendentali. Ratio vero secundum esse ad plus se extendit quam Ratio predicamentali. nam Relationes duae sunt Relationes secundum esse. et tamen non sunt predicamentales, sed supra predicamentales, similiter q<sup>d</sup> respectu naturae universalis, alig<sup>d</sup> intentiones logicae sunt Relationes secundum esse, sed non predicamentales, sed infra predicamentales. omni ergo Ratio predicamentali est Ratio secundum esse, non tamen Oppositum. Ratio predicamentali dividitur in mutua, et non mutua, mutua ut cuius terminus denominatur per aliam Relationem. ut paternitas, et filio. non mutua est cuius in pte termini non correspondet alia Ratio, ut ordo creaturæ ad Deum. Ratio mutua subdividitur in Relationem equiparantiæ, et disparantiæ. Est illa cui in pte termini correspondet alia Ratio eiusdem generis, et denominationis. ut Ratio similitudinis inter duo extrema in eodem similia. Est illa, cui in pte termini correspondet Ratio diversæ denominationis, ut paternitas, et filio. Et dictu colligitur ad quatuor Relationem predicamentalem tua conveniens, scilicet subiectionem, fundam<sup>tionem</sup> proximum, et eamdem. Subiectum est quod refertur. terminus ut id, ad q<sup>d</sup> refertur. et fundam<sup>tionem</sup> proximum est id, in quo exercetur denominatio. Sed quia triplex fundam<sup>tionem</sup> potest arguere in se, et omnia fundam<sup>ta</sup> possunt ad tria genera Ratio. sunt autem alia divisio in tria genera Relationum. Relationes primi generis fundantur in Unitate, et multitudine, sine numero. nomine Unitatis intelligitur conveniens, seu conformitas, quæ in predicato centrali dicitur identitas, non fisica, et formalis, sed logica, et fundamentalis: hoc conveniens, in qualitate dicitur similitudo, et in quantitate dicitur equalitas, nomine multitudini intelligitur disconveniens, quæ in centrali dicitur diversitas. in qualitate dicitur dissimilitudo. et in quantitate inquantitas, unde dicitur subit<sup>a</sup> facit eadem, et diversa. Qualitas similia, et dissimilia, et quantitas equalitas, et inquantitas. et etiam Unum in unitate facit sem in quantitate equalitas, et in qualitate similia

Relationes 2<sup>o</sup> generis sunt, quæ fundantur supra actionem et passionem. ut Relationes inter Patrem, et filium, Patrem, et Dnm, discipulum, et Magistrum, et alia huiusmodi. Relationes tertii generis fundantur supra mensuram, et mensurabile. nomine mensuræ non intelligimus mensuram physicam, et quantitativam. supra quam fundantur Relationes equalitatis, ad q<sup>d</sup> genus spectantes: intelligimus ergo nomine mensuræ mensuram obiectivam, seu mensuram perfectionis centralis: huiusmodi sunt Relationes obiecti ad actum, et cognitionem, signi ad signatum, imaginis ad Prototypum, alias q<sup>d</sup> similes. Examinata iam nat<sup>a</sup> Relationes predicamentales, divisionibus q<sup>d</sup> assignatis, necesse est conditiones, seu proprietates illius assignare. Est autem Relationem proprie non habere contrariam una enim Ratio licet opposita alteri Relationi, proprie non contrariatur illi. quia contraria mutuo se destrunt, et unum contrarium ad illud non erigit quo erit alterum, nec in proprio, nec in alieno subiecto.

2a et non suscipere magis, et minus, quia cum non detur actio termi-  
nata ad Relationem, nec creabit, nec decessit Ratio in: solum ergo au-  
geri poterit Ratio fundamenti. 2a propria est quod Ratio dicatur  
ad convenientiam. ut est <sup>patris</sup> filius, et filius; ergo Patris 2a dicit co-  
eant a Naturarum. 3a simul <sup>cognosci</sup>. impossibile est cognoscere filium  
sine ordine ad Patrem. 3a

Augustinus 2a Verum dicitur Relationes  
Naturae predicamentales Sectio 1a explicatur, et Resolvitur

Dubium = Indubium est dari in Verbo respectu transcendentali.  
solum ergo dubitari potest de predicamentibus, existimantur. No-  
minales Relationes Naturae esse denominationes extrinsecas, a quibus non  
diferunt aliqui recentiori doctores Relationes secundum esse formale  
ipsarum consistere in cognitione comparativa, et in motu representati-  
quod est in Verbo ut intellectus ponit unum ad aliud ordinare. et ali-  
quibus Relationes predicamentales esse respectu rationis ad nomen ter-  
minum. Communi sententia Philosophorum, et Theologorum, imo Sanctorum  
Patrum praecipue Augustini, et Thomae constituit Relationes per res-  
pectum Naturae intrinsecum. Rursum ad nos termino. Dantur aptae  
Relationes Naturae predicamentales, probatur Ratio: formalitas Naturae  
ab omni predicato absoluto dicitur et Ratio predicamentalis: sed apte in-  
dantur formalitate Naturae distincte a predicato absoluto; ergo. maior  
est certa, probatur minor: nulla interveniente cognitione, datur aequa-  
litas inter duo palmes, et inaequalitas inter palmum, et semipalmum  
similiter etiam datur similitudo inter duas qualitates: sed aequalitas, et  
inaequalitas, similitudo, et dissimilitudo sunt formalitates Naturae dicitur  
ab absoluto; ergo. Confirmatur: Latentia in Creatu est Ratio pre-  
dicamentalis; ergo. anti probatur: Latentia respectu terminum in Vi-  
puxi terminum; ergo. anti probatur: licet Latentia fundetur in sub-  
generatura, et in actione causativa, paternitas tamen non est causativa;  
ergo non respicit filium, ut effectum; ergo respicit illum in Vi puxi ter-  
mini. Si dicitur tales Relationes esse Naturae, et secundum dici, contra  
est: Omnis Ratio secundum dici, sive transcendentali est aliquid ab-  
solutum, secundario ordinatum ad aliud: sed paternitas, similitudo, et  
aequalitas primum ordinantur ad aliud, nam ex terminis filiatio, simi-  
litudinis, et aequalitatis sunt in ordine ad proprios terminos; ergo. 2o nu-  
meratae Relationes respiciunt terminum Naturae extrinsecum, ut patris  
terminum, ergo numeratae Relationes sunt predicamentales. anti proba-  
tur: similitudo est ordo ad terminum similem absque eo quod interve-  
niat dependens, et causalitas inter ipsis terminos, eodem die de aequalitate  
idem de paternitate modo explicato; ergo.

Resolvitur obiectio = Obijci 1o  
Ideo dantur Relationes Naturae quia dicimus et nomen simile, et dissimile

sed in hoc non sequitur; ergo. probatur minor: Deu dicitur Dmū creatura-  
 rum, dixerunt ab illi, illi que simili: sed in Deo nondantur Relationes prædicamen-  
 tales nisi ad creaturas; ergo. = nego min. ad prob. præm. præm. nego min.  
 conij. Relationes ergo non possunt proprie Deo conuenire, quia sunt accid. ipse-  
 ncia, & prædicamentalia. Deo autem nullum accidens, nisi phisicum, nisi prædi-  
 camentale potest de nouo aduenire. creatura uero uult capere mutationem in-  
 camentalem, et ideo similitudo, & diuinitudo pertinet ad lineam Relationis prædi-  
 camentalis, igitur non conuenit. sed de hoc alibi fixam plura dicemus.

Obijci 2<sup>o</sup>: quid sit et sic sine ulla Relatione prædicamentali, et per se ipsam  
 est diuersa; ergo Relatio diuinitati non est prædicamentalis. probatur aut: quæ-  
 bet sic per se ipsam distinguitur specie ab alia: sed diuinitio specifica et diuersitas;  
 ergo = duplex est diuersitas, alia, absoluta, et transcendentali, quæ formaliter con-  
 sistit in diuinitioe extra a prædicatis specificis, & genericis, quæ diuinitio operativa  
 in Rebus absque Relatione prædicamentali, alia est diuersitas Relatiua, et prædica-  
 mentalis, quæ consistit formaliter in diuinitudine Relatiua, et prædicamentali;  
 nemo enim dicitur diuinitus nisi per ordinem ad aliud. unde patet ad obijctionem.

Obijci 3<sup>o</sup>: omne ens reale est ubi, & accidens: sed Relatio nec est ubi,  
 nec accidens: quia nec est ens per se, nec ens in alio, sed ens ad aliud; ergo.  
 Confirmatur 1<sup>o</sup>: conuenit quod eadem sit ut Relatiua, et absoluta: sed ut Relatio  
 est ens reale, erit sit absoluta, quia est ens in subiecto, et Relatiua, quia Re-  
 ferretur ad aliud; ergo. Confirmatur 2<sup>o</sup>: omne ens reale conuenit effectus ab aliqua  
 causa: sed nulla datur causa effectiua Relationis, tunc quæ ad Relationem non  
 datur per se motu, tunc quia positus duobus alii datur similitudo; ergo Relatio  
 non est ens reale.

Ad Argum. Respondet Relationem esse diuinitus phisicum, & præ-  
 dicamentale, quia licet non explicet conceptum in secundum proprium conceptum  
 ad, illum tamen includit, et implicat, sic accidens non explicat conceptum in se  
 et egressio ab agente, et tamen est de linea accidentis, ad hoc confirmamus dicimus quod  
 conceptus in Relatiua est in Relatione, quia conceptus in se transcendens, ac præ-  
 tendit in Relatiua Relatiua, et absoluta in absoluto. ad hoc confirmamus dicimus quod  
 non datur causa per se Relationis, datur enim causa per se terminata ad finem  
 & terminum, quibus positus dicitur Relatio, unde datur causa per accidens Relationis.

Inquire utrum Relatio sit realis, non solum secundum conceptum in,  
 sed etiam secundum conceptum ad? affirmo contra aliquos recentiores, et probo:  
 conceptus in, et conceptus ad ut pote conceptus transcendens, et transcendens est genericus  
 et abstractiuus Relatiua identificantur: ergo si conceptus in est realis, Relatiua in eum  
 conceptus ad: sed dicitur omni Relatiua Relationis ut pote de linea accidentis, dicitur in-  
 diuinitus ad subiectum in quo est: sed conceptus ad non dicit ordinem ad subiectum, sed  
 ad terminum; ergo. = per noua maiora, distingo min: non dicit ordinem pro egresso  
 concedo: pro impleso, nego. aliter: non dicit ordinem ad subiectum in, transite  
 te, et intendit in illo concedo: transite, et illud. = ad terminum, nego min. et  
 conij.

Dugito 2<sup>a</sup> Vtrum Relatio pro formali consistat in actu  
 & in aptitudine. Sectio 1<sup>a</sup> explicatur Dubium, et referuntur

Controuersia præterquam inquit an a Relationis consistat in Referentia, &  
 in actuali in dicitur Referenti. nomine Referentia non intelligimus præterquam pot  
 et logicam, quæ ita est in non Repugnans ad Referendum. intelligimus ergo  
 aptitudinem in se, quæ sit in subiectum præterquam ad actuali exercitium Re-  
 ferendi, pro qua dicitur: quod in præterquam inquit intelligimus a constitutiuo Relationis in  
 esse accidentis. quodlibet enim hoc sit, nisi actuali inquit, nisi aptitudinali

semper dubium est an Relatio communicata constituat subiectum necesse est et ven-  
trabitur Relatum an autem proxime tantum Reflexibile

Idem notandum est quod exercitium quomodo Reflexibile potest signate et con-  
citi considerari. Consideratur exercite dum sub actuali exercitio exercite conde-  
ratur: signate vero dum ipsum actuale exercitium consideratur secundum sua  
predicata essentialia, secundum se, et proxima ad exercitum existit: unde sequitur  
quod tan actu <sup>seu</sup> quam actu <sup>seu</sup> considerari potest et exercite, et signate, proinde  
que nimis causam eius ad intelligi aliquorum, qui univere univertaliter univ-  
pant actum <sup>seu</sup> pro actu signato, et actum <sup>seu</sup> pro actu exercite, notandum  
enim est quod legitur igitur potest considerari signate, et secundum sua predi-  
cata essentialia. Alii vero sententiam <sup>seu</sup> constituit Relationem predicamentalem  
per proximam Reflexibilitatem. Ne opinantur cum Caristano gliezi antiquo tho-  
mista. Opposita sententia communis est, eamque etiam defendunt quidam Thomista  
cum Alberto Sodoi, omnesque nostrates, cum Eminimo Dno de glieze, et de nobis.

### 1<sup>a</sup> Conclusio

Relatio formalis constitutiva Relationis est actuale exercitium Reflexibile  
probatum Relatione: et Relationis constituit in effectu formali, quem commu-  
nicat subiecto; sed effectu formali <sup>seu</sup> communicatu subiecto est actuale ex-  
er, sine actu Reflexi; ergo maior patet non effectu formali formae et ipsa  
forma communicata subiecto capaci. probatur minor: effectu formali Re-  
lationis extrahit subiectum de linea absoluta ad Relativam: sed subiectum  
non transit de linea absoluta ad Relativam nisi per actu Reflexi; ergo  
probatum minor: Reflexibilitas est de linea absoluta: ergo per illam non  
transit subiectum ad Relativam. antea probatur: Reflexibilitas est capacitas  
proxima ad actu Reflexi: sed capacitas proxima ad actu Reflexi dicitur de  
linea absoluta, nam subiectum esse et proxime capaci actu Reflexi; q.  
Confirmatur et explicatur: capacitas proxima subiecti ut Reflexi-  
tatis praeintelligitur ad Relationem pro formali: ergo ante probatur: per  
hoc praeintelligitur quod Petrus intelligitur albus est proxime capaci similitudini  
cum alio albo; et per hoc praeintelligitur quod intelligitur actio generativa intelli-  
getur subiectum proxime capaci Relationis paternitatis: sed albedo praeintelli-  
gitur ad similitudinem, et actio generativa praeintelligitur quam paternitatis; q.  
Confirmatur 2<sup>o</sup>: intellectio, unio, et Unio constituntur per actuali exercitium intelli-  
gendi, et Unendi; ergo et Relatio. Distingunt aduersary in Relatione predica-  
mentali minus primarium, et minus secundarium. dicent quod Relatio exercite  
sumpta secundum minus secundarium, et ut communicata subiecto actu Reflexi  
illud ad terminum, igitur autem signate sumpta, et secundum sua predicata essen-  
tialia non actu Reflexi subiectum, sed illud constituit proxime Reflexibile, sed contra  
est: quia similiter dici poterat quod intellectio, unio, et Unio non constituntur in  
actuali exercitio, autem similiter minus primarium, et secundarium. 2<sup>o</sup>: Relatio  
signate sumpta, et secundum sua predicata essentialia extrahit subiectum de li-  
nea absoluta ad Relativam: sed hoc unice fit per actuali exercitium Reflexibile,  
ut manet probatum; ergo. 3<sup>o</sup>: Relatio signate sumpta est Relatio considerata  
secundum sua predicata essentialia: sed Relatio considerata secundum sua predicata  
essentialia actu Reflexi subiecti ad terminum; q. probatur minor: Relatio considerata secun-  
dum sua predicata essentialia constituit in se, et tendit ad terminum: sed forma essen-  
tialiter constituitur in se, et tendit ad terminum, actu tendit, et Reflexi subiectum  
ad terminum; q. 2<sup>o</sup>: Relatio predicamentali secundum sua predicata essentialia  
distinguitur a transcendentia; q. emigit terminum existentem: sed proxima Re-  
flexibilitas non existit terminum existentem; q. Relatio secundum sua predicata  
essentialia non constituit in proxima Reflexibilitate.

## Solvuntur Argumenta

Argumentum 1<sup>o</sup>: Referibilitas est effectus Relationis: sed Referibilitas precedit exercitium Referendi; ergo. probatur maior Referibilitas et quid accidentale, et Relativum: sed omne accidentale, et Relativum est effectus Relationis; ergo. Confirmatur 1<sup>o</sup>: Primum intelligitur in Relatione conceptus in, quam conceptus ad: sed conceptus in non constituit subiectum actus Relationis; ergo Referibile 2<sup>o</sup>: eadem Relatio paternitatis denominat Patrem Relatum ad duos filios; sed uno tantum existentem, non denominat Patrem actu Relatum ad 23 filium; q<sup>o</sup> Referibile. 3<sup>o</sup>: Dicitur ante creationem multum est vere talis per aliquam Relationem: sed non per Relationem actu Referentem; quia non datur actuali termino; ergo per Relationem agnitione Referentem. Ad Argum<sup>um</sup> Respondo, quod Referibilitas proxima, est effectus accidentali logice procedens a Relatione, non secundum esse, et predicamentali, sed tantum secundum dici: quia cum Referibilitas usque dicta dicatur conveniat subiecto in se, et pro proxi ad Relationem, nequit esse, aliud Relativum predicamentale. Ad 2<sup>o</sup> confirmari poterat negari minor distinguendo in Relatione duplicem conceptum in: unum communem omni accidenti: alium vero proprium Relationi, quo ab accidentibus differt, nam Relatio non est in subiecto absolute, sed est in illo transitiva, et inquam Refer ad terminum. Deinde distingo magis: primum prioritate subintendi, nisi absolute concedo magis: primum prioritate Relativa nego magis: permitto minus, et nego consequens: igitur conceptus in ut pote genericum tantum dedit subiectum actus, et informationem propriam a linea Relativa. Ad 2<sup>o</sup> confirmari concedo primum nego consequens: quia Pater non denominatur Referibile ad filium non existentem per paternitatem, quia esse Referibile habet a se, et non a Relatione. Ad 3<sup>o</sup> confirmari nego magis: quia Dicitur talis formaliter per ordinem predicamentalem ad multum existentem. unde pro proxi ad designationem multum Dicitur talis a potestate a Principe donata, que est extrinseca denominationatio, ac proinde non est de linea Relationis predicamentali. Argumentum 2<sup>o</sup>:

Relatio ut sic non constituit in actuali exercitio Referendi. ergo nulla Relatio determinata in hoc constituit. antequam probatur: actuali exercitio Referendi emergit terminum existentem: sed Relatio ut sic non emergit terminum existentem, aliter constituit terminum ut sic, q<sup>o</sup> est ridiculum; ergo. Argum<sup>um</sup> manifeste in datur in Divisione, unione, et alijs huiusmodi, que pro formali constitunt in actuali exercitio. in datur q<sup>o</sup> similiter in Referibilitate proxima, que emergit terminum proxime potentem existeri: sed implicat terminum ut sic proxime poterit existeri; ergo Relatio ut sic, et in communi non constituitur per proximam Referibilitatem. Directe ad Argum<sup>um</sup> distingo antequam non constituit in actuali exercitio Referendi exerce sumpto concedo: signate, et secundum se sumpto nego antequam, et consequens in eodem sensu. ad proba distingo magis: actuali exercitio Referendi emergit terminum existentem signate, et exerce concedo: exerce proxi subdistingo: actuali exercitio Referendi exerce sumptum concedo: signate sumptum nego magis, et sic dicitur minori nego consequens. Solutio constat ex notabilibus, eodem enim modo quo concepimus Relationem, conceptus inquit terminum, et exercitium Referendi, paternitatis ergo actuali, et exercitio correspondet filius exerce existentem, paternitati vero in communi filius ut sic, signate sumptum correspondet, q<sup>o</sup> in Divisione, et in qualibet forma

constituti in exercitio agentissime videtur. Dicitur ergo Relatio ut sic non  
dicit exercitium exercitium referendi; ergo non constituitur per illud; q̄  
per referibilitatem. inita ut supra. et distinguitur consequens: non dicit exer-  
citiū exercitium exercite sumptum concessio. in parte sumptum nego con-  
q̄. unde patet ad alia. nam Relatio ut sic nec constituitur per exercitium  
exercitium exercite sumptum, nec per pot̄ ad ipsum, sed per exercitium  
exercitium consideratum secundum sua predicata essentialia, et propterea  
ab omni exercite exiit. si autem consideret Relationem in esse Univaria-  
li logici, tunc constituitur per pot̄ logicam ad exercitium, logicam dixi,  
et predicabilem, non phisicam, et in ordine ad evadendum: pot̄ autem logica  
accidentali est Relationi, ipsi q̄ adveniunt Relationi intentionis predicabili.  
unde non est ad Rem. **Replicabitur:** Relatio ut sic continet omnem Relationem

ergo etiam terminum; ergo nullus remanet terminus ad quem actu refe-  
ratur Relatio in particulari. inita in Universione, in Referibilitate. et in omni  
sci. igitur Relatio ut sic respicit terminum in communi: sicut proxima Re-  
feribilitas, quilibet tamen Relatio in particulari sicut ipsa continetur sub Re-  
fatione ut sic, ita respicit terminum in particulari contentum: similiter sub  
termino ut sic: sic visio tendit in obiectum visibile ut sic, quilibet tamen  
actio determinata visiva tendit in colorem determinatum, et particulari  
participantem Relationem communem obiecti visibili. **Arguitur 3:** Relatio Pa-  
ternitatis in Divinis constituitur fortiter per proximam Referibilitatem;  
ergo, et in creatis, patet conseq̄ nam Relatio creata est participatio diuine  
Relationis. anti probatur: Patet intelligitur Pater pro priori ad generationem  
Verbi Divini: sed pro illo priori Pater non est actu Relatus ad filium, sed  
solum in aptitudine; ergo. probatur maior: Pater generans constituitur  
in Relatione personarum per paternitatem: sed pro priori ad generationem intel-  
ligitur constitutus in Relatione personarum; ergo. maior est certa, quia Pater  
constituitur in Relatione personarum per id q̄ distinguit illum a filio: sed Pater-  
nitatis distinguit Patrem a filio, quia ut communiter docent Theologi  
cum Aristotele nro: in Divinis omnia sunt idem, ubi non obiat oppositio  
Relationi; ergo.

**Minor vero probatur:** pro priori ad generationem intelli-  
gitur principium generationis: sed principium generationis est Pater, et sa-  
persona; q̄ pro priori ad generationem intelligitur Pater constitutus in Re-  
latione personarum. Explicatur: in signo priori ad generationem Pater ut personae  
divi a filio: sed distinguitur per paternitatem, ergo in signo priori ad ge-  
nerationem filii intelligitur Relatio paternitatis: sed in illo signo non intel-  
ligitur actuale exercitium referendi, quia nondum intelligitur terminus; ergo  
pro priori ad actuale exercitium referendi intelligitur formale constitutum  
Relationi paternitatis: in argum̄ <sup>sum</sup> obituum Theologorum omnium in  
genia traquent, illos q̄ cogent per varios abie carpitio. sed quia nri in-  
stituti non est, de eo in profuso tractare, quoddam Metaphysicum expectat  
cum communi sententia <sup>tum</sup> **in primis argum̄ aduversarij**  
non fuit. nam Pater constituitur in Relatione personarum per Relationem: sed  
pro priori ad generationem intelligitur constitutus in Relatione personarum; q̄  
pro priori ad proximam Referibilitatem, quae fundatur in generatione

Intelligitur Pater constitutus in Relatione personarum. Pro solutione autem  
adventante quod in qualibet divina Relatione duplex intelligitur conceptus  
virtualiter inadquate distinctus: alius formae hypostatice substantiali;  
alium vero Relationis secundum conceptum ad se constituit personam. Unde  
ordinat unam, ad aliam. unde Relatio paternitatis considerata in eius formae  
hypostatice constituit personam. et presupponitur ad generationem, conside-  
rata vero in eius Relatione presupponit generationem, actu quod refertur Patris  
ad Filium. Itaque in divina Relatione paternitatis expresse distinguitur mu-  
nus in, nunc hypostati distinguitur etiam munus ad actus, nunc genera-  
ti, et munus ad propriam Relationem, quae minere inter se sequantur ordinem  
priori, et posteriori, secundum expresse. hinc supponitur nego autem ad probum  
distinguo magis: intelligitur Pater in esse personarum concedo: secundum munus ad  
Relationem nego magis: et distinguo minus: non est Relatio pro expresse concedo:  
pro implicito nego minus: per quod patet ad probum. ad explicationem, in qua est  
abbreviata tota argumens difficultatis, distinguo magis: Pater est dicitur a Filio in esse  
personarum concedo magis: secundum munus ad nego magis: et distinguo minus: dicitur  
quod per paternitatem secundum munus in concedo minus: secundum munus  
ad subdistinguo: pro posteriori ad generationem concedo: pro priori ad genera-  
tionem nego minus: et suppositum illius. nec meliorat solutionem hanc in ex-  
plicabilibus notis obnoxiam esse, sed solvant Theologi. Dicunt tamen: in nego  
priori ad generationem intelligitur Pater ut persona dicitur ab alijs: sed distin-  
ctio personarum provanet a Relatione secundum munus ad; ergo pro priori ad  
generationem intelligitur munus ad Relationem: sed in illo priori non constituitur  
it Patrem actu Relationem; ergo munus ad non constituit formaliter in actuali  
exercitio referendi: distinguo magis: ut persona dicitur ab alijs indeterminate  
concedo: determinate subdistinguo: implicito concedo: expresse nego magis: et  
distinguo minus: distinctio personarum ab hac est illa personam determinate concedo:  
indeterminate nego minus: et illius sequelam. Itaque in nego priori ad genera-  
tionem intelligitur Pater ut persona dicitur, quia intelligitur ut suppositum  
omni alio supposito incommunicabile, non tamen intelligitur tanquam Pater  
pro expresse secundum munus ad, nec ut suppositum determinate distinctum  
a Filio, vel a Spiritu Sancto, sed indeterminate ab omni alio supposito distin-  
ctum: Ratio est: quia pro illo priori non intelligitur Filium determinate, neque  
Filium determinate non potest intelligi pro priori ad generationem, solum  
ergo intelligitur Filium determinate pro posteriori ad generationem, et tunc  
Pater intelligitur distinctum determinate a Filio per Relationem secundum mu-  
nus ad, cui correspondet in parte Filij opposita Relatio originis patris, seu ab.

Questio 2a. Vtrum Relatio Injudicamentali distin-  
guatur Raliter a fundam<sup>to</sup> Proximo. Sectio 1a. Explicatur  
Titulu, et Refertur ad Consulto divi in pag<sup>is</sup> loqui de  
fundam<sup>to</sup> proximo. Notandum enim proculdubio distinguitur Relatio a rela-  
tione. fundam<sup>tu</sup> ergo Notum est illud, quod solum mediate denomina-  
tur a Relatione. proximum vero, nullo alio mediante, et sic in Relatione  
similitudini Petri cum Paulo in albedine, Petrus est fundam<sup>tu</sup> Notum, albe-  
do vero est fundam<sup>tu</sup> proximum. Dubium ergo quod an similitudo fundata

in albedine ut Realiter ipsa albedo, an Realiter ab ipsa dicitur. In hac pluri-  
 bili controversia sententia docet Relationem predicamentalem esse accidentem mo-  
 dalem, & entitatem accidentalem Realiter dicitur asserendam et termino; et com-  
 muni inter Thomistas, et Scotistas, quibus in Senatu adherent Fonseca,  
 Molina, Gardus, Albertinus, et alij, ipsi etiam adherent sicut communi-  
 ter Hostriate cum Illmo Dno Moneda, et Eminmo Card. de Aquino in p[ar]te.  
 2a negat Ralem distinctionem Relationis asserendam: et communis inter Au-  
 thentici Societati, quibus subscribunt ex Thomistu Tabellus, Fontinas, Alex-  
 beus, Zumel, Agriani, Lince, et alij in non sequenti Commissione Prin-  
 cipem Colectivum Sphondati. Huius opinionis Patroni inter se non di-  
 videntur: plures namq[ue] Recentiores Societati communiter docent Relationem pro-  
 dicamentalem identificari adquate, et ex eo cum fundam et termino  
 et inadquate cum quodlibet ex illis; ita ut Relatio similitudinis iden-  
 tificari cum termino, et cum fundam. alij autem docent Relationem iden-  
 tificari adquate cum fundam tantum, solum q[uo]d emigere terminum per  
 modum conat[i]: extrinseci ut denominet subiectum actu Relatum ad illud,  
 in hac ergo Opinionem Varietate sit

### Prima Conclusio

Relatio predicamen-  
 talis non identificatur adquate cum fundam et termino. probatur sic.  
 Relatio predicamentalis est illa cuius totum nomen esse est in ordine ad aliud  
 sed terminus nec inadquate identificatur cum esse ad aliud; ergo pro-  
 batur minus: terminus est illud esse ad quod est Relatio: sed illud esse ad quod  
 ordinatur totum esse Relationis nec inadquate identificatur cum Relatio:  
 ergo. Explicatur, et Arguetur hęc Ratio: totum esse Relationis est ad aliud:  
 sed hoc aliud est terminus; ergo terminus est aliud a toto esse Relationis  
 sed quod est aliud a toto esse Relationis nec inadquate identificatur cum  
 illa; ergo. Si dicitur quod non tota Relatio, sed Relatio solum nomen pro  
 fundam est ad aliud nomen ad terminum, qui est alia pars Relationis.  
 Contra est 1o quia solutio Opponitur communi definitioni Relationis.  
 Relatio nomen pro fundam habet esse in ordine ad aliud; ergo fundam ut  
 distinctum a termino, Realiter respicit terminum: sed tota Relatio fundam  
 ad terminum conuenit in ordine, quo fundam respicit terminum; ergo  
 tota Relatio qua fundam respicit terminum non identificatur adue in-  
 adquate cum termino. 3o Relatio paternitatis est ad filium tanquam  
 ad terminum: sed Paternitas nullo modo identificatur cum filio; ergo.

2o: diuersitas inter album, et nigrum non identificatur  
 adquate cum albo, et nigro; ergo nulla Relatio. anti probatur: diuer-  
 situdo albi cum nigro est diuersitas albi cum nigro: sed diuersitas  
 albi cum nigro nec inadquate identificatur cum nigro; quia diuersitas  
 albi cum nigro fundatur in albedine, & in alio colore; ergo. Dicunt Re-  
 centiores diuersitas quo ad Rectum identificari cum albo, quo ad ob-  
 iectum uero cum nigro: sed bene: diuersitas quo ad Rectum cum solo  
 albo identificatur: sed deficiente nigro, deficit denominatio diuersitas; ergo  
 Recentiores qui tam erroneam doctrinam enegitauerunt odio conatorem  
 mille modis conotata amplectuntur.

### Tertia Conclusio

Relatio predicamentalis Realiter identificatur cum suo fundam

Conclusionem hanc latissime impugnaret Emin. Card. de Biquexae  
 inq[ui]t in Theologia tamen serpio sapiens, et indocti Aristotiana,  
 nisi n[on] Anselmi magis ueritatis longe prouabiliorum illam uideat.  
 sic enim ait homo tertio dupl[ic]it[er]. 22. Sectione 5.ª num[er]o 50: ita nunc  
 exultimo, quantum olim eam opinionem impugnauerimus, nunc aut[em]  
 ad ex[em]plum illam ualde prouabilem dico potissime authorita-  
 te Anselmi. Fucusque Pyrrhus, et Sapientissimus Cardinalis, illius  
 ergo authoritate ductu, nefas erit ab Anselmi mente recedere.

Ad addit ergo illam Cap. 24. Monology ubi postquam dicit  
 Deo nihil accedere posse, quia est inuariabilis, sic dicitur: Quomodo non  
 est participi accidenti, cum hoc ipsum, quod maior et omnibus natura, et  
 quod illi d[omi]n[u]m ut, illi uideatur accidere? cui obiectio sic respondet:  
 sed quod repugnat quorundam, qui accid[ere] dicuntur necessitudo, et na-  
 turali incommutabilitate, si eos eorum assumptione, nulla subit[er] conce-  
 ditur uariabilitas. Omnium quippe, qui accid[ere] dicuntur, alia non nisi  
 cum aliqua participandi uarietate adent, et ab eis posse, intelliguntur.  
 ut, omni colore: alia omnino nullam, et recedendo, et accedendo, muta-  
 tionem, circa id, de quo dicuntur efficere nocentur; ut quidam Religioni:  
 condit enim, quia homin[is] post annum natus, nec maior, nec minor,  
 nec aequali uis, nec simili: omni autem Relationi huius, cum natus fuerit  
 sine omni mei mutatione, ad illum habere potero, et amittere, secundum  
 quod exiit, et per qualitate quadam mutabitur. Et Anselmi testimo-  
 nium quo nihil loculentius, et elegantius: in eo n[on] quidem et conclu-  
 sionem expressam, et rationem illius habemus. atenta enim diuisione ac-  
 cidentium, in absoluta, et Relatiua, sic efficaciter probatur Conclusio: Si  
 Relatio distinguitur Realiter a fundam[en]to, non potest una Res de nouo refe-  
 rri ad aliam, absque mutatione intrinseca Res: sed secundum Anselmum  
 Relatio potest aduenire Res, sine ulla intrinseca mutatione ipsius; ergo  
 Relatio non distinguitur Realiter a suo fundam[en]to. conseq[ue]nter est legitima, minor  
 expressa est in allegato testum, et maior ut per se nota, nam mutatio  
 intrinseca est transitus de esse ad aliter intrinsece esse, et de non esse  
 ad esse: sed adueniente Relatione dicit Realiter, simili datur transitus; ergo.

Aliqui Respondent loqui Sanctum Doctorem de similitudine  
 et alijs Relationibus fundamentaliter n[on] sumpti, non uero de Relationibus fra-  
 ctaliter sumpti; utq[ue] enim, mutationem aserunt, quia adueniunt subiecto  
 et illud extrahunt de linea absoluta ad Relatiuam, quod sine mutatione  
 intrinseca subiecti, nequit fieri = Solutio confirmat et principij aduer-  
 satorum, manifeste tamen aduertitur, Doctori: nam similitudo, et  
 dissimilitudo, a qualitate, et inaequalitate, quas nunc non habeo cum homine  
 natus, nato illo, sunt Relationi formale formaliter sumpti: sed tales  
 Relationi nullam omnino, et recedendo, et accedendo mutationem infe-  
 runt, et causant; ergo similitudo pro formali accedit, et recedit, sine in-  
 trinseca mutatione subiecti; ergo a fundam[en]to Realiter non distinguitur.

Docent alij testimonium intelligi esse de mutatione propria, ut  
 terminari posse motum, non autem de mutatione impropria, et metaghi-  
 nea, quod fit per Resultantiam; huiusmodi autem est Relatio, ad quam non

data per se motus = Sed contra est: velao nullam omnino muta-  
tionem halem a se habet subiecto: sed mutatio, quam vocant metaphisicam,  
est vera, et reali mutatio; ergo. 2. Sanctus Doctor probat non dari  
in Deo mutationem, quamvis dicatur Velatio ad Creaturas a partibus  
subiecti creati, in quo nulla fit mutatio per Velationem: sed partem est  
inepta, si subiectionem halem quomodocumque mutaretur, nam Deum  
nullam omnino mutationem halem permittit; ergo.

**D. 18.** Subscribit Angelus. Mag. plurimum in locis, praecipue vero S. Th.  
sicorum, lectione 3. ubi: nihil enim aduenit mihi de nouo, per hoc quod  
incipio esse alteri aequali: exprimitur 2. Philosophorum **Opusculis**. ubi de  
hoc praedicam agens, hae habet: Cum quidem dico quod similitudo dicitur  
habere albedinem eius ut fundam, non intelligendum quod similitudo  
Sortu ut aliqua res in parte alia ad ipsam albedinem, sed idem et ipsa  
albedo, ut se habet ad albedinem Platonis, ut ad terminum. Respondit  
que rationem: si enim similitudo adderet supra albedinem Sortu  
aliquam rem, nullo modo fieret aliqui alicui simili sine mutatione:  
hoc ipsum sequi docet, ideo que non semel mixtura non aliquorum fi-  
ductam, qui tanquam de se acta Angelicum Magistram pro senten-  
tiam istam affirmant. Probatur iam Conclusio ratione: similitudo in-  
ter duo alba et Velatio praedicamentalis: sed hae similitudo non consistit for-  
maliter in aliquo modo superaddito; ergo. probatur minor: recluso omni alio  
superaddito, nullo alio intellectu, datur vera similitudo inter duo alba;  
ergo. probatur anti: similia formaliter sunt quorum qualitas est una: sed per  
hoc praecipue quod datur duo alba, ~~et per se~~ omni alio recluso, et intellectu,  
dantur duo, quorum qualitas est una; ergo. Confirmatur: duo alba  
sunt similia formaliter per formam similitudinis: sed forma similitudinis est al-  
bedo; ergo. probatur minor: eo praecipue quod consistunt duo formae conueni-  
tes in nat, datur forma similitudinis; quia datur similitudo; quod albedo et  
forma similitudinis inter duo alba. Respondent Thomae duo alba in ta-  
li casu esse fundamentaliter similia. secus vero formaliter, sed defectus  
modi Velatio superadditi = Contra est 1. nullo intellectu modo superad-  
dito, unum album esset formaliter album, et aliud album esset formaliter al-  
bum; ergo essent formaliter similia. anti est certum et conueniens probatur:  
album formaliter album se habet neut aliud album formaliter album: sed in  
hoc consistit similitudo formalis; ergo. 2. non intellectu modo superad-  
dito daretur similitudo fundamentalis consistens in conueniens unum ad-  
uersario: sed hae est Velatio praedicamentalis; ergo. probatur minor: Respe-  
ctus accidentaliter contingens fundam esset Velatio praedicamentalis: sed simili-  
tudo fundamentalis consistens in conueniens est respectu accidentaliter conueniens  
fundam partem sine illo consistens; ergo. 3. duo alba conueniunt in qualitate,  
abique Velatione superaddita: sed conueniens in qualitate est Velatio praedica-  
mentalis; ergo. maior conceditur, sicut per se nota, quia duo alba sunt eius-  
dem qualitatis specificae. probatur minor: conueniens in qualitate est Respe-  
ctus formae unius qualitatis ad aliam: sed hic respectus est praedicamentalis;  
ergo. minor est certa, et maior probatur: qualitas conueniens cum alia con-  
sistente

per ipsam conveni respicit terminum in vi puzi termini; sed Respec<sup>o</sup>  
 termini in vi puzi termini est Respec<sup>o</sup> formali<sup>o</sup> predicamentali<sup>o</sup> unius ad  
 aliud; ergo. 2.<sup>o</sup> album et formaliter diuise nigro, per se ipsum, et semper  
 palmu est inquali palmo, quia non habet gquales partes: sed diuinitu-  
 do, et inqualitas, sunt Claones predicamentales; ergo. minorem con-  
 dunt, et magis negant; sed certe maior ita certa est ut certum et al-  
 bum esse diuisionem a nigro. 5.<sup>o</sup> Supponamus qd duo alba gqualiter alba

non habeant modum superadditum, tunc alba illa erunt similia formaliter  
 in non hab<sup>o</sup> modum superadditum; ergo. probatur anti: similitudo funda-  
 mentalis et illa, quia fit formalis per aduentum modi Clatiui ut docent  
 aduersarij: sed similitudo in non hab<sup>o</sup> modum superadditum non potest  
 fieri formalis per aduentum modi Clatiui, quia per aduentum Cla-  
 tionu destruetur similitudo in non hab<sup>o</sup> modum Clatiuum; ergo.

3. Respondetur in Raiona qd illa alba non erunt positius similia in non  
 habendo similitudinem, sed negatiue. hoc est nondiamilia; unde ap<sup>te</sup> Rei  
 erunt fundamentaliter similia, non per ordinem ad Clatem similitudinem,  
 sed per ordinem ad similitudinem Rationis = sed contra est quia si dicitur =  
 Secundu ad Claonem Rationis ut dicitur alba sunt formaliter similia in nega-  
 tione modi superadditi, cum omni Cla<sup>o</sup> similitudinis non conueniet in  
 Respectu Rationis. Deinde: illa alba pro priori ad operationem intele-  
 ctus carebant modo superaddito; ergo in hoc erunt similia: non fun-  
 damentaliter quia illa Cla<sup>o</sup> non potest fieri formalis per modum ugen  
 additum; ergo. Illa Ratione efficaci impugnatur solutio, nostra qd pro-  
 batur conclusio: Paternitas Petri est formaliter simili<sup>o</sup> Paternitati Pauli  
 et formaliter diuisi<sup>o</sup> filiationi per se ipsam, et absque modo Claliter super-  
 addito: sed, similitudo, et diuinitudo fundantur in Paternitate; ergo Cla<sup>o</sup>  
 non distinguitur Claliter a fundam<sup>o</sup> maior constat, nam aliu daxe-  
 tur aliis modis superadditis paternitati, et huic aliis, de quibus idem  
 potest fieri argum. minor est certu uerba aduersarij et corree sequitur  
 in casu apposto. absolute uero probatur: sicut Pater unus potest exi-  
 re quin sit simili<sup>o</sup> alio Patri, hoc scilicet non exi-  
 stente, ita unum alby  
 potest exi-  
 stente quin sit alteri simile, casu quo aliud non existat: sed  
 Paternitas per se ipsam incipit esse formaliter simili<sup>o</sup> alteri paternitati  
 exi-  
 stenti; ergo et unum album.

Respondent aliqui cum illis Pala-  
 co, Paternitatem, et alia, Claones per se tantum esse fundam<sup>o</sup>ali-  
 ter similes alijs. formaliter uero per Respectrum Rationis. = Contra est:  
 quia ut notant Peritiore Thomista, non bene percipitur quod Paternitas  
 Petri, et Pauli exi-  
 stant ap<sup>te</sup> Rei, quod utraque sit forma euidem speciei  
 et qd ap<sup>te</sup> Rei non sint similes sed expectanda sit factio intellectus ut  
 una sit simili<sup>o</sup> alteri formaliter; ergo. Sed in hac doct<sup>o</sup> Thomistica  
 sic contra Thomista inuigo: non est perceptibile qd duo forms Clating  
 euidem speciei exi-  
 stant ap<sup>te</sup> Rei, et qd non sint formaliter, Claliter simili<sup>o</sup>  
 per se ipsas: sed ipsa imperceptibilita percipitur in eo qd duo alba exi-  
 stant ap<sup>te</sup> Rei, quod sint conueni in qualitate, et qd non sint formaliter simili<sup>o</sup>;  
 ergo.

209  
 Impugnatur 1<sup>o</sup> solutio: Ratio similitudinis pro se mali conuenit in eo qd  
 unum album (P. causa) ut album Calitez, neut se habet ad aliud album: sed Pater.  
